

OGGERVS INDIAE VICTOR.



Oggerus ex illustri Danorum principum familia ortus fuit. Is magno robore corporis & singulari industria præditus, à suis maris imperium acquisiuit. Itaque longinquieres regiones inuovere, ac orbis mirabilia scrutari statuit. In eo Iohannem regem Frisonum socium habuit. Vnde anno 830 magno exercitu fortissimorum militum apud Germanos collecto, littora maris legit, ac omnes ferè transmarinss partes obtinuit, à Hierosolyma ad arbores solis usq; Deo ipsum conseruante & magnis miraculis eius exercitum confortante. Hic in superiori India Imperium confirmauit, atque Iohannem socium ibidē principem constituit, quem incolæ Pretlohan peculiari nomine uocarunt. Subiecit ei quatuordecim barones suæ cognationis, qui alia dominia circumquacq; tenerent, ut in eodem loco Christiana religio plantaretur. Sic factum ut Oggerus, ob uirtutes, magnum sibi nomen acquisierit. Naucler. Generat. 28. à nato Christo.